

No. 395. 1369. 7. Juni.

Der apostolische Legat Erzbischof Johann von Prag ertheilt denjenigen, welche die Franciscanerklöster zu Dresden, Meissen und Freiberg an bestimmten Festtagen in Andacht besuchen werden, 40 Tage Ablass.

Johannes dei gratia sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus apostolicae sedis legatus universis Cristi fidelibus per diocesim Mynsensem constitutis salutem in domino. Cupientes ut monasteria fratrum minorum ordinis sancti Francisci in Dresden, in Misna et in Freyberg dictae Misnensis diocesis nobis iure legationis subiecta congruis honoribus frequententur et a Cristi fidelibus iugiter venerentur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dicta monasteria in festivitibus infrascriptis, videlicet Nativitatis domini, Epiphaniae, Parasceve, Paschae, Ascensionis, Penthecostes et Corporis Cristi nec non singulis festivitibus sanctae Mariae, Inventionis et Exaltationis sanctae crucis, sancti Michaelis, sanctorum Johannis baptistae et ewangelistae, sanctorum Petri et Pauli apostolorum et omnium aliorum apostolorum et ewangelistarum et quatuor sanctae ecclesiae doctorum et dictorum monasteriorum dedicationibus sanctorumque Stephani Laurentii Georgii et Nicolai, Francisci et sanctarum Mariae Magdalenae, Katherinae causa devotionis, orationis et peregrinationis accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiae de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri et sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Datum Praegae anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono die VII^a mensis Junii.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; das Siegel des Erzbischofs mit Rücksiegel hängt an einem Pergamentstreifen.

Hasche Urkundenb. S. 131.

No. 396. 1378. 21. Jan.

Das Franciscanerkloster verpflichtet sich zur Abhaltung einer von der Abtissin Beatrix von Seusslitz gestifteten täglichen Messe.

Ego frater Paulus gardianus, frater Nicolaus lector caeterique fratres domus minorum in Dresden — cupimus fore notum, quod illustris in Christo domino et sanctae Clarae dicata Beatrix domina abbatissa in Zuzeliez nostro conventui piam elemosinam pure propter deum tradidit et praesentavit, tali conditione adiecta, quod absque fraude et quolibet impedimento semoto benevole a nobis singulis diebus tempore perpetuo participationem unius missae cottidie in nostra ecclesia celebrandae in altari sanctae Clarae pro animae suae salute propria nec non patris et matris, fratrum et sororum et omnium parentum ac favorabilium suorum vivorum et mortuorum salute, ad quod servandum de consensu nostri custodis fratris Friderici de Nassow nos